



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XVII. Caput tondere mulieri non licere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI
tur, habitum mutat, & pro solito muliebri amictum virilem fumat, anathema fit.

XIV.

Si qua mulier virum proprium relinquens, discedere voluerit, nuptias execrans, anathema fit. Ibidem.

XV.

Si quis filios suos relinquens non eos enutrit, & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat, sed per occasionem continentiae negligit, anathema fit.

XVI.

Quicumque filii a parentibus praetextu diuini cultus abscedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis qui diuinum cultum sibi procul dubio praeferrunt, anathema sint.

XVII.

Si qua mulier, propter diuinum cultum (vt aestimat) crines attondeat, quos ei Deus ad subiectionis materiam tribuit, tamquam praecipuum dissoluens obedientiae, anathema fit.

XVIII.

Si quis propter continentiam, quae putatur, aut contumaciam, in die dominico ieiunat, anathema fit.

XIX.

Si quis eorum qui continentiae student absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia, & ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suae cogitationis impulsus, anathema fit. Dist. 30. Si quis eorum qui in.

XX.

Si quis superbiae vsus affectu, Conuentus abo-